

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm || Martii Et Aprilis

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10259

De Agapeto episcopo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77384](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77384)

ad stabilitatem, amicitiam & pacem restituitur, mutuamque concordiam, quam a maioribus acceperat, recuperavit.

HISTORIA S. AGAPETI EPISCOPI, AVTHORE SVIDA.

Agapetus Synadorum Episcopus fuit, quem quidem Eusebius Pamphilius ^{24 Martij.} magnopere commendat, eximiaque per ipsum edita miracula commemorat, montes videlicet, fluuiosque e proprijs sedibus in alias translatos, necnon mortuos ad vitam reuocatos. Ad hanc, quod Maximinus eum, dum rei militari operam daret, ut Christianum voluit de medio tollere, quippe quod multos eius praeclara facinora demirari intelligeret.

VITA SANCTISSIMÆ VIRGINIS PARITER ET VIDVÆ CATHARINÆ, FILIAE S. BIRGITTÆ, CVI US OB DIVINAS REVELATIONES EST IN CHRISTI ECCLESIA CELEBERRIMUM NOMEN, AUTHORE QUIDEM NON PRORSUS CERTO, SED TAMEN FIDELITER CONSCRIPTA: PORRÒ OB VITANDAM PROLIXITATEM, ET NÈ STYLOS RUDIORUM LECTIONEM ERUDITÙ OFFENDERET, PER F. LAURENTIUM SURIUM ALIQUANTO COMPRÆHENSIVIUS REDDITA.

CAPVT I.

Venerabilis & Deo dilecta Catharina, patre Vlphone viro ^{22 Martij.} nobili & matre Birgitra, quam omnis celebrat Ecclesia, in han lucem edita est. Qua cum adhuc in cunis versaretur, futurae sanctitatis eius indicia non obscura diuinitùs ostensa sunt. Nam adhibita illi nutrice, eius vbera fugere noluit, lascivia & vita eius turpitudine, vt probabilis est conjectura, habitterra: Porro sanctæ matris sua & aliarum pudicarum mulierum vbera citra horrorem fugiebat, ab incontinentibus foeminiis cum lachrymis & vagitu prorsus abhorrens. Postquam autem ablactata est, sancta mater eius tradidit illam religiosè instituendam Abbatissæ Risabergensi, cuius cuidam Abbatissæ integritas. Accidit interea, vt Abbatissa nocturnas Deo preces offerente, pueram Catharinam dormientem, malus dæmon, sumpta bouis cornupetè spe ^{Dæmon ei} cie, è lectulo cornibus excuteret, & semiuiam prosterneret in pavimentum. Dat illa infelix. gemitus miserabilis, & repente accurrens Abbatissa, semimortuam in suo reponit sibi: apparet illic teterimus dæmon, &c. O quam libens, inquit, illam iugulâsem, nisi fuisset à Deo negata facultas. Cum septimum ætatis annum ageret, persuasa à pueris cotaneis, quadam vice cum illis coepit puparum ludo operam dare. Sed quia ad maiora à Domino parabatur, illam tantillæ ætatis puerilem vanitatem non passus est abire impunitam, né animum eius tales ineptia, vt plerunque solent, dissoluerent. Permisit igitur, vt proxima nocte valde infestos sentiret dæmones. Videbat enim in somnis multos impuros spiritus in puparum specie ad suum venire cubiculum. Cumque ad eam accessissent, è lectulo extractam atrociter flagellârunt, ita vt toto corpore liuida cernere cœditur. Mox igitur huiusmodi ludis & vanitatibus longum valere iussis, deinceps se nullis dæmonib^z. prorsus ludentibus misicut: immò contra illius ætatis ingenium, quandam præfemorum serebat maturitatem.

CAP. II.

VBI ad nubiles peruenit annos, voluit pater vt nuberet. Illa, quæ multa in Deum & Christi sanctissimam matrem seruandæ integritatis fidutia niteret, non recusauit. Nupsit ergo viro nobili Eghardo: sed ita nupsit, vt ipsum quo- Nubit viro. quæ sponsum ad nuncupandum Deo castitatis votum, diuina faciente gratia, adduxerit. Ambo igitur suam pudicitiam, interposito iureiurando, Christo consecrati. Vouentam runt, & deinceps in Domino castissimè pariter degétes, sub pompa seculari sancta qua- bo conti- dam calliditate hosti pudicitiae illuserunt. Nam nè caro insoleceret, cum qua nobis est bellum intestinum, posteaquām sanctis precibus, genuflexionibus & vigilijs noctū in- cubuerant, humili in cubiculo substernebant pannum aliquem, capitique cervicalia fin-

gula supponentes, ita separati cubabant, ne hyeme quidem hunc morem immutantes. Solebat sancta Catharina castissimo coniugi suo crebro referre virtutum exercitia & asperitatem penitentiae, quae ipsa in sanctissima matre sua Birgitta partim viderat, partim ab alijs didicerat: ut ipsi quoque his se conformarent. Itaque vigilis & precibus etiam ieiunia adiungebant, ut in seruitutem caro redigeretur: Christique amore non modo à vetitis, sed à plerisque etiam licitis abstinebat escis. Nouerant enim quantita sit abstinentiae virtus, quippe quæ vitam producat, castitatem tueatur, Deum conciliat, profliget dæmones, illustrat intellectum, animum confirmat, vita expugnet, carnem edomet, diuini amoris gratia in hominis pectus inuechat. Felix planè horum coniugium, quod non feeda carnis libido, sed sincera in Christo dilectio confluera: & coram Deo quidem instar litorum suauiter redolebant fragrantia castitatis: porrò apud proximos virtutum exemplis & exercitijs & gratia bona famæ & optimæ existimatis. Erant verò in eorum familia homines spiritalis vita rudes, qui apud Carolum Catharinæ fratrem, eam superstitionis insimularent. Ille ductus curiositate, clām in eorum cubiculum ingreditur, videtque eos non voluptati deditos, sed lanceis ijsque asperis indutos vestibus, spreta lecti molitie, humi sciunctum cubare. Id ille molestè ferens, ut solent, qui non sapiunt ea, quæ sunt spiritus, tanquam fatuos & superstitionis eos obiungunt: nec efficit tamen, ut villis vel repræhensionibus, vel obtrectationibus, vel irrisiōibus à continentia & abstinentia studijs retraherentur.

C A P. III.

SE D quia carnis continentia sola non sufficit, nisi etiam animus sit impollutus, & à superbia foetore alienus: venerabilis Christi ancilla Catharina suæ pudicitia firmum præsidium adhibuit, veram & voluntariam animi summissionem & humilitatem. Cooperat tum illa vestium simplicitas, quæ antiquitus in ea regione fuerat, mutari in fastum & pompas, maximè apud nobiles: sed sancta virgo id genus vestes paulatim à se remouit, nec villis obtrectationibus & irrisiōibus adduci potuit, ut ab humilitate & prisca patriæ consuetudine discederet. Eius autem exemplo permotæ multæ nobiles, consuales & cognatae eius, vestium pompas & cultum superfluum abiecerunt. In ijs fuit nobilis domina, vox Caroli, cuius ante mentio habita est: quæ licet initio pertinaciter illi resisteret, at postea in melius vitam commutauit. Cùm enim in Chalmarnensi vrbe pariter oraret sancta Catharina & hæc fratri eius coniux in sacello beatissimæ Mariæ, idque coram illius imagine, paululum ipsa obdormiuit, videbatque diuam Virginem blando vultu Catharinam, se verò toruis oculis iracundè intueri. Itaque multum anxia, cum lachrymis dixit ad matrem Dei: Cur me ita terribiliter respicias Domina mea? Cui illa respondit: Et quarè tu non obtemperas consilij mihi dilecta Catharinæ? Si tu eius exemplo & monitis habitum moresque tuos correxeris, ego te quoquè blanditer respiciam. Illa ad se reuersa, non immemor quid vidisset & audiuisset, illicò repudiatis superbis vestium ornamentis, ad sancta Catharinæ exempla se composituit. Id ut vedit maritus eius Carolus, qui tum adhuc torus erat mundo deitus, turbato animo dixit sorori suæ Catharinæ: Non sat erat, ut te nobis monacham exhiberes, nisi meam quoquè coniugem tibi adiungeres, & omnibus ridendam propinares? At sancta virgo aquo cerebat animo opprobria & irrisiones: porrò se laudari ob recte facta molestè cerebat, obtestans eos, qui ipsam laudabant, nè id facerent: immò familiares suos, qui secretorum eius erant conscij, & eam pro seruata in matrimonio pudicitia virginali felicem prædicabant, cum lachrymis sapientissime obiurgabat, atque etiam adiurabat, nè aliquid eiusmodi deinceps dicerent.

C A P. IV.

NON multum intercessit temporis ab inito coniugio, & pater eius dominus Ulpho Gudmarsson, Nericæ princeps, in senectute bona defunctus, in cœnobio Aluastræ honorificè tumulatus est. Eo mortuo, sancta Birgitta coniux eius, diuinitus iussa, Romanum abiit: cumque solicita esset pro obtainenda suæ peregrinationis fideli socia, quæ eam in negotijs arduis familiaribus adiuuaret, à Christo iussa est bono esse animo: ipsum enim curaturum, ut fida potiretur adiutrice, quam etiam speciali sua benedictionis gratia esset præuenturus. Itaque cùm iam quinque annos fere præteriisset, postquam S. Birgitta è Suedia Romam venerat, incredibili Romani audeundi desiderio ardore cœpit Catharina filia eius. Nec latebant Egardum eius suspiria immensa, causamque rei insolitæ ex ea sciscitanti, non reticuit Catharina, quid animo agitaret. Ille verò sciens animi eius constantiam, eam diuinitus perurget exiliū.

Obitus patris eius.

DE S. CATHARINA VIRGINE ET VIDVA.

379

existimabat, nec causus fuit ei se opponere, licet tenerrim è illam diligenter. At nihil omnino veritus, nè quid foeminae tanti decoris & florentis atatis, putà qua annos duntaxat haberet decem & octo, in tam longinqua profectioне aduersi accideret, non illico assensus est. Vixit tandem & illius precibus & animi religione, sumptus in iter necessarios & honestos comites comparat. Iam nihil nisi è patria excessus expectabatur, & ecce Carolus Catharinæ frater ira percitus, minas atroces intentat Eghardo, si permittat sotorem ipsius ire peregrinè. Commodum tum domo aberat Eghardus, & literæ Caroli in manus Catharinæ venire: qua suspicata quod erat, literas resignans legit, minasque fratris ad auunculum suum Israëlem virum potentem, multaque in Deum pietate & prudentia insignem retulit. Is iubet eam ob fratris minas non discedere à proposito, dicens se iram illius facilè sedaturum. Addidit verbis humanissimis etiam munera, ut maturius proficeretur. Mox igitur se dat itineri cum D. Gorstano Thunasson Marstallo Suecæ, & alijs duabus Suecæ nobilibus matronis.

CAP. V.

Mari non sine multa difficultate emenſo, per Germaniam iter habuere in Ita- liam, atque tandem Augusto mense Rōman Catharina peruenit. Agebat Romam, Catharina venit.

pter eius spiritualis, & pauci ē familia. Porrō Catharina nesciens quō illa abiijſset, ad dies octo anxiē quæſiuit eam Roma. Interim D. Petrus Olauus coepit vrgeri quibusdam intolerabilibus animi stimulis, vt Rōman rediret. Afflensit, licet inuita S. Birgitta, & ille celerrimē proficiscens, vbi Rōman venit, in æde S. Petri Catharinam & comites eius offendit: quam sanē humanissimē salutās, nihil iam dubitabat eius causa se fuisse compulsum ire ad vrbum. Sequenti die cum illa & ſocijs eius profectus est ad matrem, & ab Abbatē monasterij pro S. Birgitta amore, cuius ſanctis exhortationibus iam ad meliorē ſe frugem receperat, honorificē accepti ſunt. Post dies paucos hortante matre, Catharina cum ſuis Rōman repetit, & cum multa deuotione ad ſtations & limina ſanctorum accellit. Deinde exātis Rōma aliquot ſeptimanis, patriam reuifere confluuit: cumque iam ad iter accincta eſſet, mater ex illa percontata eſt, vellet ne cum ipſa Rōma manere, & Christi cauſa labores & aduersa quæque perpeti. Tū illa tota inflammat ſpiritu, respondit ſe non modō patriam, cognatos, amicos, diuitias & delicias, ſed ipſum quoquē Eghardum, quem ſuo corpore chariolem haberet, pro Christi voluntate & amore libenti animo relieturam. Vbi igitur cōſenſit matri, Christus ei reuelauit, ipſam eſſe fidem adiutricem, quam ei promiuiſet. Adiecit etiam, ſe illam multis au- dīrum gratiā muneribus. Et certe ab eo tempore, quo ſe vouit cum matre permanuſ- & ſapiencia ram, mirabilis ei à Deo collata eſt eloquentia, ita vt etiam apud principes & eruditos viros de ſcripturis diuinis p̄aclarē diceret. Atq; ipſe etiam Romanus Pontifex Vrba- nus vj. cūm aliquando coram ipſo & Cardinalibus verba faceret, vñquadeò eius mira- tus eſt ſapientiam, vt ei familiariter diceret: Reuerā filia, tu bibiſti de laete matris tūa. Porrō autem non diū pōt horrere nonnihil coepit inſolitum viuendi modum, & me- mor libertatis priſina, multū anxia rogauit matrē, vt liceret ipſi redire in Suediam. Tentatur à ſatana.

Sensit ſancta mater eius tentatione inimici id fieri, & ad Christum ſe conuertit, preces ei fundens. Qui ei indicauit obijſſe Eghardum, & eam admoneri voluit, vt à matre non diſcederet. Hoc vt illa percepit, ſubmisit ſe quidē humiliter diuina volūtati: nec tamen ceſſabat tortuosus ſerpens ei ob animi oculos repræſentare natalis ſoli delicias: & licet ea ratione & voluntate respueret, tamen cūm ei eſſent moleſta & importuna ſatana exationes, à matre ſibi petiſt adhiberi remedium. Et illa, quæ iam eiusmodi tentationes p̄ietrix ſuperbaſet, opportunum filia, carnali adhuc affectione laboranti, remedium appoſuit, moleſtum ſanē carni & ſanguini, ſed quod ipſa quoquē Catharina ſummo perē p̄petere. Curauit enim eam aliquotiē virgis cardidi, donēc omnis illa tentatio inſtar umi euauit. Non potuit ſuperbus dæmon tantam ferre humilitatem, ſed tanquam pſe eſſet flagellatus, cum ignominia aufugit.

CAP. VI.

PE RID TEMPUS ROMANUS PONTIFEX AUNIONE RESIDEBAT. PRÆBUIT EA RES IMPROBIS MULTIS OCCASIONEM PRÆDAGI ROMÆ, & MULTRA CONTRA FAS ATTENDANTI, ADEO Vt PEREGRINI & TENUIORES HOMINES, ILLORUM AUDACIA & IMPORTUNITATE ABSTERRITI, NON AUERDERENT AD PROMERENDAS CONDONATIONES, QUAS INDULGENTIAS VOCANT, ATQUE AD STATIONES ACCEDERE: MAXIME VERO PERICULUM IMPENDEBAT FOR-

minis ætate & forma præstanti. Quæ res in causa fuit, ut etiam S. Birgitta Catharinæ filię interdiceret, nè sine multis socijs sacra loca inuiseret. Itaque matre cum suo cōfessario ad stationes & indulgentias abeunte, illa dies non paucos cum suis ancillis hæsit domi. Rursus eam tērat hostis. Adeſt rursus satan, & acerbas in eius animum cœpit cogitationes immittere, tanquam alijs suarum animarum lucra captantibus, ipsa inſtar bruti animantis, ab omnibus spiritualibus bonis arceretur. Addebat his, eius cognatos, fratres & sorores in patria cum summa tranquillitate seruire Deo, ipsam verò miseram ducere vitam: præstare igitur, ne in lucem quipem editam fuisse, quām id genus inertē vitam viuere. Erat hæc in animo sanctæ virginis tentatio vehemēs, adeoque eam mœrore & perturbatione oppluerat, vt matre illius reuertente, & seriò præcipiēte, vt tanti mœroris causam ediceret, simpliciter responderet, se loqui non posse. Et certè iam planè inſtar mortue facies eius expalluerat, oculi transuersi erant: intantum ei moleſtus erat demon, id genus impotunissimis ingerendis cogitationibus. Porrò nocte proxima in ſomnis viſa ſibi eſt vide-re totum mundum quaſi inflammatum, seq; in medio ignis positam in parua quadam planicie, planeque desperantem ab illis ſe poſſe flammis eripi. Tum verò apparentem ipſi beatissimam Mariam virginem hiſ ſe verbis deprecantem: Adiuua me charifſima Domina mea. Illam verò respondentem: Et qua te poſſum ratione iuuare, quæ tanto patriæ tenéris desiderio, oblita ſponſionis tuae, & neque Deo, neque mihi, neque mati tuae, neque patri spirituali obediens? Severò offerentem ad omnia exequenda, qua iuberet Dei mater: atque tum demūn Dei genitricem dicentem: Obedias igitur mati tuae & patri spirituali. Expergeſta in dñe Catharina, matrem cum omni humilitate celeriter adiit, veniam ſue inconstantię perij, promiſtque ſe deinceps ad mortem viſq; libenter in exilio cum ipſa permanuram.

C. A. P. VII.

Volens igitur S. Birgitta eius ſaluti certius consulere, nè forraſis materna indulgētia remiſſiū ageret, Dominum Petram confefſarium ſuum, virum sanctissimum & multipli ci ſancti ſpirituſ munere cumulatum, multis cō tādēm precibus adigit, vt pateretur Catharinam filiam ipſius ſibi obedientiam polliceri. Et fecit id tunc Catharina, adeoq; præſtitit, quod promiſerat, vt nihil omnino abſque illius permifſu facere vellet. Munita igitur ſancta obediētia virtute, quam non ignorabat nihil non poſſe promereri apud Deum, ſpiritualis exercitij militiam accu-tiū complectitur, & corpori ſuo ſubiugando frena caſtitatis arctiū adhibet, nè quaratione in mortiferā voluptati conſenſum prolaboratur. Nam tametsi etiam in matrimonio virgo integra permaliſſet, non poterat tamen non timere aratū lubricā, & nè quid hostis verſutus fraudis ipſius iuuentuti moliretur. Posuit igitur Deum altissimum refugium ſuum, illum obnixē deprecans, vt vires ſuggereret contra inſidias inimici. Cumq; ſabbato quodam ſacram eſſet ſumptura Euchariftam, ipſo ſacerdote audiente, ita ferre preocabatur: Redemptor piſſime, qui hoc corpus de virgine intemerata accepisti, & in cruce atrocissimē diſtēdi voluisti, obſecro te indigna peccatrix, nè me ſinas labi in peccata. Et quia militem egregium in hac vita mortali habui custodē pudoris mei, illo iam vita funēto, alium mihi aſciscere volo ſanctum ſebastianum militem cumprimis strenuum, & martyrem tuum ſanctissimum, eiusque, oro, vt me curę committere digneris. Hæc & alia vt dixit, ſacram accepit Euchariftam: tantaq; precum eius fuī efficacia, vt deinceps à multis periculis non ſine miraculo eam conſet præſeruatam. Vixit autem ſub matris cura haud ſecūs atquē in monaſterio, habuitque confefſarium D. Petrum Olauum, cuius ſalutaribus consilijs prompte ſe accommodabat. Matris quoq; vitam & mores ob oculos ſtatuebat, didicitq; ab ea certis temporibus tenere ſe intra ſilencium, non ignorās, quot bona ex ſilentio, quām innumera mala ex loquacitate naſcantur. Si interrogata fuiffet, pauca & rationi consentanea repondebat: porrò de ijs, que pertinent adimplendam Dei voluntatem & ad eius exequenda præcepta, omnibus, præterim inopibus & peregrinis, humiliiter loquebatur, obſeruans illud ſapientis cuiuſdam: Omnis enarratio tua ſit in præceptis altissimi. Romæ degens, pauperes & peregrinos humaniter fouebat, permultos eſt patria cō aduētantes, tum eleemosynis, tum ſuani & familiari ſermone recrebat, hortans eos ad patientiam & Christi Iefu amo-rem: crebro id inculcans, vt affiduē memores effent acerbifſimē paſſionis eius, & à Dei præceptis nequaquam defleſſerent. In ijs vnuſ erat pauper & peregrinus, quem crebro ad ſe accire ſolebat, prælegens ei aliquid ex ſacris euangelijs, ſue de vitiis Sandrum, diuina quoquē præcepta ei exponens, & ad vitanda ſeptem illa mortifera pecata

Ecole. 19.

Eiu huma-nitas erga pauperes & peregrinos.

DE S. CATHARINA VIRGINE ET VIDVA.

381

cata summoperè illum inuitans. Is postea cum ea reuersus in patriam, in monasterio Viatissima frater Conueritus, ut vocant, factus, bonam Christo militiam militavit, multaque laude digna de eius sanctitate fratribus referre consuevit.

CAP. VIII.

Cum adhuc Romæ ageret, viuente matre, etiam in aetate iuuenili, puta annos habens non amplius viginti, morum fuit grauitate spectabilis, & sensus canos præ se ferens. Accedebat eò corporis elegantia, qua omniū oculis eam amabilē reddebat, adeò ut non pauci magnates illam optarent habere coniugem, votumque suum, tum per seipso, tum per alios ei aperient, multa caque amplissima offerrent munera. At illa constanter omnibus respondit, se Christo perpetuā uisitare continentiam, nec velle mortalis viri subire torum. Dolebant illi nihil se potuisse blandis efficere pollicitationibus: itaque ad minas & vim inferendam conuertuntur: ponunt insidias in vijs publicis, ut eam rapiant vel inuitam. Accidit tum temporis, vt, matre eius alijs occupata, cum multis nobilibus Romanæ urbis matronis ad S. Sebastiandum extra muros, ob condonationes siue indulgentias promerendas se conferret. Et ecce Comes quidam cum magna hominum ceterua se in sylvas abdit, & ut certò cognovit Catharinam illac transiitram, iubet suos esse paratos ad rapiendam illam. Et illic quidem è suis proruunt latibulis: sed subito offert se illis cernus, cui capiendo dum acriter intendunt, Catharina cum ceteris matronis celeriter redit ad urbem, eruta instar autis ex insidijs aucupis. Viderat eius & periculum & euasionem sancta mater eius in spiritu, reuertentiq; tantam felicitatem gratulabatur. Ex illo tempore non ibat pafan at stationes, sed contenta visitâsle vicinum templum domui suæ, raro in plateis uideri voluit. Non tamen etiam extra urbis muros religionis ergo profisci dubitauit, quoties mater eius, diuinis edocta reuelationibus, id voluisset. Ita quandoquæ instante solennitate S. Laurentij, mater eius dixit illi: Cras, Deo benè volente, simul ibimus ad S. Laurentium. Cumque illa responderet, vereri se, nè ab illo Comite vi adhibita rapetur, mater dixit: Cōfido in Domino Iesu, nos eius misericordia ab omni periculo imunes fore. Ispis ergo D. Laurentij feris cum se S. Crucis signo munijssent, & sanctissimo martyri commendassent, abeunt ad eius ecclesiā. Porro Comes latitabat illic quidem cum suis satellitibus, sed diuinitùs excitate per cussus, tandem ad S. Laurentij adem perductus, prostrauit se coram illis, veniamque obinxè petens, promisit se nihil ciuismo. deinceps attentaturum: immo eas pro viribus defensurū, & modis omnibus eis gratificaturum. Tum vero illis Dominum pro eo deprecantibus, illic visum recepit: atq; deinceps multa eas reuerentia multisque beneficijs prosecutus est: ipsumque miraculum coram Urbano Romano Pontifice & eius Cardinalibus enarrauit.

CAP. IX.

Multis sanè modis antiquus serpens per sua organa eius Deo consecratam sa- pè oppugnauit castitatem. Iussa quodam tempore diuinitus fuit mater eius inuisere Assisium & ecclesiam, qua de portiuncula dicitur: vna etiam proficiisci Dominus voluit filiam Catharinam, promittens quod a cunctis infestis demoniis machinamentis ipsas eriperet, & in itinere ab omni periculo servaret immunes. Abeunt igitur Assisium, nec desunt comites. In ipso autem itinere cum die quodam non possent hospitium honestum, nocte impendente, attingere, ad quādam peruenient pauperē catironulam, & agrè à cāuponē admis̄se, inter angustas eius ruguris laterbras, ut ab imbris & niue corpora ut cunquā tuerentur, se se condiderunt. Ecce autem nocte media multi eò latrones accurrunt, accendunt ignem, vultus omniū inspiciunt, & capti pulchritudine Catharinæ, obscenos iactant sermones, eiq; vim affere consiliari. Patitur latrones infestos. Quibus tum illa pudica mēs correpta fuerit angoribus, quis explicet? iam omnē implorarent. Quod cum facerent sanè deuotè, auditur mox tanquam sonitus aduentantis magni cuiusdam exercitus, itemq; armorum strepitus: tum quoq; voces clamantium, ut capiantur illi perditilatrones. Quibus illi mirabiliter consternati, auffugiunt, nec ausi fuere ea nocte reuerti. Manè vero S. Birgitta cum filia & reliquis comitibus suscep̄tum prosequitur iter. Ibi rursus adsunt scelerati homines, ut quod nocte efficere nequierant, clara luce designarent, suamque explorere libidinem. Et illi quidem viam ab utraque parte obfederant, sed percusi cæcitate, videre non potuerunt eum bona in Latrones. Deum fidutia illac securè transentes. Ita ergo, diuina fretæ protectione, Assisium peroccidatur. uenerunt, ubi diuinis cum essent recreatae consolationibus, Romanū reuersa sunt.

CAP.

CErnens autem Catharina tam cvidentia erga se diuinæ bonitatis indicia, vt præpotenti Deo posset magis magisque placere, virtutum cæterarum fundementum, putam humilitatem, vsqueadè sectata est, vt non modò sibi ipsi vilesceret, sed vellet etiam ab alijs vilis haberi, & duci pro nihilo. Et quan-

S. Cathari-
na eximia
humilitas.

Precibus di-
utissimè in-
cumbit.

Anima vxo-
ris Caroli
apparet ei,
& perit pro
fe orari.

uis eius præclara extarent vitæ merita, nequaquam tamen ab alijs sibi sanctitatem voluit attribui, sed potius nō alio, quam peccatricis loco haberi. Ab illa verò interna animi summissione proficiebatur exterior illa suu abiectione, atque humiliatio in verbis & corporis habitu, cunctisq; actionibus. Nec ferre æquo poterat animo, vt ab quoquam laudetur, laudem omnem suorum recte factorum illi transcribi volēs, quem sciebat bona omnia in nobis efficere & operari. Charitate quoquā in Deum fuit eximia: & vt omittamus eam ab infantia preces Horarias diuæ virginis, septem psalmos, quos penitentiales vocant, multaq; alia quotidie legisse, prius quam se ad dormientium componeret, diebus singulis horas quatuor continenter impendebat flectendis genibus & tundendo pectori, multisq; fundendis lachrymis in Dominicæ passionis commemoratione, velut totam se Domino in holocaustum offerēs. Deinde & nocturnis & diurnis fessa laboribus, somno membra fatigata permisit, sed nō valde diuturno. Nam semper admodum manè surgens, redibat ad preces, in silentio quotidianum Deo sacrificium impendēs, nec ante meridiem, nisi vrgeret necessitas, à sanctis occupationibus desistens. Orauit quodam tempore Roma ante aram S. Iohannis Euangelistæ in æde maiori D. Petri, apparuitq; illi fœmina peregrina, alba induita ueste, præcincta balteo, albū

ferens in capite velamen, & pallio atro opera. Accessit autem celiter ad illam, salutansq; eam nominatim, supplex rogauit, vt oraret pro anima Noricæ. Scisciente autem Catharina cuias esset, respondit se Suedam esse, vxoremque fratris eius Caroli obijisse. Tum illa rogauit, vt veniret ad ædes matris sue. Illa verò ait id sibi nō licere: porrò breui ipsas habituras nō parùm subsidij è patria. nam Noricæ legasse eis auream capitii sui coronâ, iterumq; repetebat, vt fideliter precaretur pro anima illius: sicq; disparuit. Admirans autem Catharina, rogabat ancillas, quonam abijisset matrona illa. Respondent illæ, se quidē audiuisse vocem cum ipsa loquentis, sed neminè vidisse. Stupens igitur indicauit matri sua, cui oranti reuelatum fuit migrâsse è corpore Gidham vxorē Caroli, eiusq; animam petèdæ opis causa, filię apparuisse. Non multò post venit è Suedia Ingualdus Amundsson, familiaris Catharinæ: qui ei & obitum indicauit Gidhae, & corona attulit auream, quâ pro more patriæ in capite ferre solebat. erat enim ex nobiliiori Noricorū stemmate orta. Fuit autem tanti precij corona illa, vt ad totius anni viñtū S. Birgitte & filia Catharinæ, totiq; earū familia sufficerit. Solebat verò Catharina Domino preces oblatura, locum secretum expetere, vt posset liberiūs Domino cor suū effundere.

C A P. XI.

Iob 31.
S. Birgitte
pietas erga
morbis af-
flictos.

Prauas cupi-
ditates abo-
minatur.
2. Cor. 8.

Fuit sanè tanta erga proximos benevolentia & commiseratione, vt posset ipsa quoquā sibi usurpare illud sancti Job: Ab infanthia mea creuit mecum miseratione, nempe erga inopes & morbis affectos. Solebat enim sanctissima mater eius adhuc tenellam secum ad domos hospitales & nosocomia ducere, & illicipia inspectante, miserorū plaga, vulnera & vlcera sine horrore suis manibus denotè contrectare, multa quoquā eis conferre beneficia, & optimis sermonibus illos cōsolari: vt filia eius exemplo disceret per omnem ætatem eis similia impedere humanitatis officia. Erant quidem nonnulli, qui reprehenderent piam matrē, quid teneras filiolas suas ad id genus loca perduceret, veritè nō quid eis aduersi accideret ex foecore: at illa respondit ea causa se id facere, vt discerent filiae seruire Christo in morbidis & egenis. Et certè filiae eius Catharinæ materna tum dicta, tum exēpla adeò pectus penetrauerant, vt erga pauperes & afflictos summa afficeretur misericordia, eosq; tū sermonibus, tum beneficijs liberaliter confoueret. Solebat verò etiam clam noctibus matri in duro paumento cubanti tegmen capitis sui suppōnere, dolens venerabilē dominā tam duriter se habere. Et quia animi deuotionem vel maximè impediunt mūdi & carnis desideria,

ea tanquam virus mortiferum summoperè conata est profligare, & vt posset pro modo suo Christo se conformare, qui cum diues esset, propter nos egenus factus est, & humiliauit semetipsum: paupertatem & abiectionem viuēdi rationem vtrò complexa est: mundiq; calcatis diuitijs, voluptatibus & pompis, immò ipsa quoquā propria voluntatis abdicata libertate, alteri se per obedientiam subiecit, & exilium, posthabitis amicorum solatijs, ipsa patria charius habuit, vt posset dilectissimo Domino suo

suo & rebus caelestibus animi intentionem liberiūs affigere. Hanc verò eius voluntariam sui abiectionem munificus ille castarum mentium sponsus Christus Iesus etiam in hac vita in gloriam commutauit. Nam cum aliquando quādam nobiliores Romane matronæ pterent à matre eius, vt permitteret ei cum ipsis animi causa extra muros egredi, idq; ob illarum insignem probitatem mater annueret, vbi ad vinearum mace-rias ventum fuit, viderentq; matronæ botros ultra macerias propendere, rogabant S. Catharinam, vt illos botros ipsis deciperet. Erat enim procera corporis statura, præter alias egregias vtriusq; hominis dotes, quæ eam cunctis reddebat amabilem. Illa ve- rò studio paupertatis iam manicas habebat attritas & consuras, neque verebatur apud tantas matronas vilis & inops videri. Itaq; extendit brachia vt vuas carperet: & ecce ^{viles mani-} matronæ illæ videre sibi vīſe sunt brachia eius purpura magni precij opera. Accedunt ^{apparent} igitur pra multa admiratione, tanguntq; singulæ, cernuntq; manicas insigni ^{purpura} rutilantes, aiuntq; ad eam: *Quis vñquam crederet, domina Catharina, tanti precij vesti- bus vti te voluisse? Ignorabant enim Christum cohonestâs sponsam tuam. Testabatur hæc familia, q; his interfuerat, itemq; sanctæ memorie magister Petrus, eius confessarius.*

C A P. XII.

Decubuit quādoquæ sancta virgo, matre adhuc Romæ degente. Erat tum gra- ui correpta morbo, petijtq; ab eius matre eam inuifendi copiam quidā no- bilis baro, Ludouicus nomine. Erubuit verò familia, quod vir tantus ad eam Paupertas in vili lectulo iacentem effet accessurus. Erat is lectulus stramineus: ad caput eius à Chri- ceruical exiguum: porrò operimentum vetustum consumutum, ac nullius penè precij. Sed Dominus Iesus, qui sua in opia seruorum suorum voluntariam paupertatem maxi- mè illustrè reddidit, non defuit sponsæ sua. Cum enim potens ille & opulentus vir mul- tis stipatis ad eam accessisset, videbatur ei lectulus illius aureo & purpureo teftus ope- rimento. Stupens igitur dixit famulis suis: He domina pauperes ab omnibus putantur, nam sepè ob res necessarias emendas pecuniam mutuo accipiunt. Præstaret, illas tanti precij purporam, tantumq; apparatum, quē illic vidimus, distrahere, quām premi ino- pia. Inter alias virtutes, quarum celebri opinione apud omnes mirifice redolebat, erga filios egre- domesticos & qui eam iniuria afficerent, sancta virgo egregiā semper animi patientiam via patien- tia. declarabat. Accuratae enim secum perpedit, si quid à nobis benè gestum sit, id facilè re- digi in nihilum, si sit animus patientia destitutus. Vt igitur solēt odores tum latius spar- gi cùm commouentur: ita hæc sancta virgo, iniurijs & persecutionibus infestata, præci- puam exhibebat patientiam: haud aliter quām qui eam affecissent beneficio, diligens eosq; quibus offensa fuisset. Vtrum autē vera quis sit humilitate præditus, tū potest in- telligi, si placide ferat iniuriā. Præclarum sanè huius venerabilis virginis patientia testi- monium reddidit religiosa Deoq; sacra virgo Margareta Caroli fratri eius filia: que- cum quinquennio ei inferuisset, affirmabat se nullam vñquam impatientię vocem, im- mó ne signum quidē cōmoti animi in eos, qui eam laſſiffent, animaduertere potuisse.

C A P. XIII.

Annis viginti & quinque cum sanctissima matre sua Romæ & quocunquæ illa profecta fuisset, permanxit: sacra cum illa loca inuisens etiam procūl in diuer- s & longinquis regionibus, Dominicumq; adiens sepulcrum in Ierusalem. ^{Annis 25.} ^{peregr. vi-} ^{xix cum ma-} Feruens Christi amor tantos labores facile ſuperauit. Cūm eſſent Hierosoly- mæ, sancta mater eius febre correpta est, quæ etiam illi inhaſit, donèc Romanū reuerte- retur: vbi Christus obiit eius diem & pleraq; alia ei reuelauit. Et illa quidē sanctissima matrona Ronæ defuncta est & humata: sed post quinque septimanās inde recedens ^{Obitus 8.} ^{Burgittæ.} ad eam ac- filia eius, secum eius sacras reliquias absportauit in Suediam. Interim multæ ad eam ex- cedebant matronæ tum nobiles, tum etiam è plebe, sacras illas reliquias deuotè exo- sculantes: quas virgo sancta hortabatur, vt poſthabitus mundi labentis illecebris ac pompis, caelestibus bonis ardenter inharent. Et multi sanè vtriusque sexis nobiles, eius sermonibus permoti, ad meliorem ſeſe frugem recepere. Venit tandem cum fa- cro pignore Dantiscum in Prussiam, vbi sanè ſeuriter reprehendit peccata Crucige- rum, propositusq; eis minas terribiles, diuinitūs matri eius reuelatas. Poterat tum dicere cum propheta: Loquebar in testimonij tuis in conspectu principū, & non con- fundebar. Stupebant verò illi cum diuina sapientia coniunctam virginis eloquentiam, nec poruit quicquam contradicere vera loquenti. Inde nauigant Suediam versus, & stella duce, quæ Solis fertur ſuperāſſe splendorē, meridiē perueniunt ad quendā Suediæ portum, de quo ne cogitārant quidē. Inde ſoluentes, appellunt ad Ostrogothiē portū ^{Pſal. 113.} Sudher-

Reruerentia
Suedorum
erga sacras
reliquias.

Sudhercopensem. Vbi eorum aduentus innotuit, quem iam multi audiē expectau-
rant, innumera eis occurrit multitudo nobilium, plebeiorum, clericorū & monacho-
rum, qui illos & sacras reliquias S. Birgittæ, multorumq; aliorum sanctorum, quas ma-
tri & filiæ donauerant. Cardinales, regina Neapolitana, barones & nobiles matrone
Romanæ, compluresque monasticae vita professores, cum præcipua deuotione & gau-
dio usque ad monasterium Vuatstenam deduxere. Venerat cum S. Catharina Petrus
de Aluastro ordinis Cistertiensis Prior admodum venerabilis. Is à Sudhercopia Vuat-
stenam usque in urbibus & pagis crebro sermonem habuit ad populum confluentem,
exponens eis quam mira Deus per illam fecisset, quantisque miraculis illustrasset ma-
trem eius sanctissimam Birgittam diuersis in regionibus.

C A P. X I I I .

1. Reg. 2.
Lincopen-
sem antisti-
tem obieci-
nia immodo-
rata reuere-
ter admis-
ser.

CVM Lincopiā venisset S. Catharina cum sacrī reliquijs, Nicolaus sancta me-
moriae eius urbis Episcopus obuiā processit, idq; ritu solenni, cum clero &
monachis, populo subsecente. Pulsabantur campanæ, resonabant organa,
laudes canebantur Deo, qui est mirabilis in sanctis suis, & glorificat honorifi-
cantes se. Vbi ad maiorem ædem ventum est, concione absolute, Episcopum & cano-
nicos seorsim cōuocat Catharina, sua negocia explicat, & ipsum antistitem cum mul-
ta reuerentia de quibusdam ieiunijs immoderatis admonuit. Multo enim tempore ille
se incluserat, soli Deo vacans in ieiunijs, vigilijs & precibus, posthabita cura pastorali;
non quod laborem detrectaret, sed quod mala usqueadè excrescunt in regno Sue-
diae, ut citra cleri & ecclesiarij dispendia non posset se murum opponere pro domo
Domini. Zelus domus Dei comederat eum, & opprobria exprobantij priuilegijs ec-
clesiæ ceciderant super cor eius. Sed auditio sapienti sanctæ virginis consilio, decreuit
æquo ferre animo afflictiones: multumq; deinceps veneratus est eam. Tandem quar-
ta feria intra octauas Petri & Pauli ad Vuadstenense monasterium S. Catharina peruen-
nit, & cum ingenti gaudio excepta est. Habita deinde collatione cū fratribus, ad soro-
res siue sanctimoniales ingressa est, qum illis intus permanstra. Ab eo autem tempore
coepit illis præesse, & regulam Saluatoris, quam apud matrem tot annis didicerat, ipsi
Vuadstenensi suo exemplo declarare: multumq; abhorrebat ab illis omnibus, quæ essent à sanctal-
larum professione aliena. Inprimis autē detestabatur obtræctationes, quæ alienæ fama
morsus venenatos infigunt. Videbant in ea omnes tū fratres tū sorores exempla totius
honestatis & sanctimonie: feruorē in diuinis officijs, in rebus duris & aduersis patientiā.
Post preces horarias solebat cū vna è sororibus psalteriū relegere. Euocabat autē modò
singulas, modò vniuersas sorores, & ad regulę obseruatiā in humanissimè eas incitabat.

C A P. X V .

Miracula
ad reliquias
S. Birgittæ.
Præst mo-
nasterio
Vuadstenensi.

POstequam reliquiae beatissimæ Birgittæ in Vuadstenensi cœnobio repositæ
fuere, multis cœperunt coruscare miraculis, permultiq; ex diuersis regionib;
eo confluxere, laudantes Dominum in operibus admirandis, quæ per eius me-
rita siebant. Permouit ea res regē & regni proceres, miseruntq; Catharinam,
vt Romæ ageret cum Pontifice de S. Birgittæ in diuos relatione. Fecit illa, vt iussa fuit,
& Romam veniens, omnium in Romana curia animos negocio huic promouendo ad-
dictos comperit. Veniebant tum ad eam multi Romani nobiles, eius præces exper-
entes, memores pristinæ eius cōuersationis. Erat id temporis extra urbem vidua quedam
nobilis, foror Latinus baronis Romani. Ea viuebat parum honeste: admonitaq; crebro
à fratre suo Latino & viris religiosis, vt castè viueret, non solum nihil mutata fuit, sed
multo etiam magis voluptatibus dedit operam. Aegrè tandem ab ea Latinus impera-
uit, vt Romæ cum ipso moraretur. Et eò quidem venit cum multo fastu, sed in tantam
incidit ægritudinē, vt eius salus à medicis desperaretur. Tum frater eius per seipsum &
alios pios homines multum admonebat illā, vt peccata sua pure confiteretur. Illa ani-
mo obdurate semper respondebat, se satis esse cōfessam. Rogauit igitur Latinus S. Ca-
tharinam, vt vellet miseram adire, & inuitare ad veram confessionem, plurimum enim
de eius sanctitate sibi pollicebatur. Illa vt erat ad consolandos ægros semper propensa,
nihil detrectauit: venit ad languidam: hortabatur vt integrè cōfiteretur, sed nihil obti-
nuit. Cernens ergo eius obstinatum animum, orat circumstantes, vt Deo preces offerat
pro salute miseræ: moxq; in genua procumbit, Deum rogatura. Et eccè repente è Ti-
beri perspicuè cernebatur emergere fumus quidam aterrimus, figura orbiculari, in-
genti mole instar plaustrifono onusti. Is sursum elatus in aëra, ferebatur pendulus su-
pra ædes, vbi illa decumbebat: tantaq; illic extitere tenebra, vt alij ab alijs videri non
possent.

Orat pro
femina in-
durata, &
illa respi-
cit.

possent. Magno autem impetu e caelo ruens illa fuligine nigror moles, solo tenuis op-
pressit domum proximam cubiculo, in quo misera iacebat. Ad cuius terribilem horri-
dissimumque fragorem agra ingenti timore correpta, Catharinā ad se vocat, promittit
que cum lachrymis se facturam, quicquid illi visum esset. Mox accersitur confessarius,
ipsa id summo perē, quæ prius tota abhoruerat, experte: factaque diligenter confes-
sione, altero manē sacramentis munita, spiritum efflavit. Quotquot vero illic aderant,
fatebantur eam gratiam illi precibus S. Catharinæ obtigisse.

C A P. X VI.

Romæ matrona quædam nobilis septem abortus ediderat. Cernens vero se
marito ea causa minus gratam, cum iam iterum grauida esset, supplex adiit S.
Catharinam, de cuius sanctitate nihil habebat, eique suam exposuit calamita-
tem. Atilla quasdam ei sanctissimæ matris sua reliquias dedit, admonens, vt
vique ad partum illas apud se deferret, promittens etiam se parturienti ad futuram. Vbi
pariendi cœpit adesse tempus, matrona ad se illam aduocat. Illa celeriter accurrit, ad
efflaboranti, nec cessat à precibus, donèc viuam est enixa puellam, quam etiā Birgittam
voluit nominari. Tota vero vrbe eius rei fama dispersa est, & omnes non vulgaris mira-
culi loco habuere. Accidit etiam quandoquæ, vt, Catharina Romæ manente, Tiberis
tanta existeret inundatio, vt Romani Vrbis excidium vereretur. Iam enim pontem La-
teranensem & S. Iacobi monasteriū, multaque adiacentia adficia vnda excederat. Ita-
que habitu confilio, aduolant ad S. Catharinam, orant vt ne grauetur cum ipsis descen-
dere ad infantem fluum, suas preces illi oppositura. Illa cum lachrymis negat, se
indignam arbitrata. At Romani eam vel in uitam tollunt, & e domo exportatam, scui-
Tiberis in-
tibus vndis obijciunt. Mox vt illa aquas pedibus attigit, ea retrorsum abierte, suum undatione
aluum repentes. Stupent omnes, laudantque immensam creatoris potentiam, qui
etiam in vndis mirabilia efficit per sanctos suos. Huic spectaculo aderat sanctæ memo-
ria D. Petrus Prior ordinis Cistertiensis, cuius suprà mentio habita est, dixitque familiæ
S. Catharinæ: Memoria retineatis ea, quæ vidistis hodiè. hæc nanque & alia eius mira-
cula & virtutes olim requirentur. Cum autem sancta virgo profecta esset Neapolim, il-
licque hæreret ob colligenda & conscribenda miracula, quæ per B. Birgittam tam in
vita, quam post obitum eius Dominus ibi operatus est, fama sanctitatis eius permota,
quædam magna domina venit ad eam, & cum lachrymis explicauit ei, quemadmodum
filia eius, viro orbata, grauissimè infestaretur à dæmonie nocturno, quod quidem ob com-
munem verecundiam non esset ausa aperire propinquis, sed ex opinione sanctitatis eius
sumpta fidutia, ipsi indicare non dubitasset. His auditis, valde illarum vicem dolebat
Catharina, & tacite secum legens semel salutationem angelicam, vt semper erat solita,
cum de rebus spiritualibus consuleretur, saluberrimum eis consilium impertijt. Primò, Dæmonem
vt purè sua peccata confiterentur. Aiebat enim, ob peccata in confessione celata, ple- muliere ab-
runque id genus illusiones accidere. Deinde, vt nudis pedibus & absque lincis induisis
cum omni humilitate continuo oculo diebus irent ad templum S. Crucis, & ob reue- luberrimis
rentiam passionis Christi, coram imagine ipsius à cruce pendentis legerent septies Do- datis consi-
minicam orationem & angelicam salutationem. Addebat vero, se quoquæ, licet indi- gat.
gnam, ex commiseratione libenter pro ipsis Dominum rogaturam. Fecerunt illæ do-
mina, vt iussæ erant, & eccè die octauo veniunt ad Catharinam, ingentes Domino grati-
tias agentes, quod iam liberatae essent ab illo impuro dæmonie, Catharinæ consilis ob-
temperando. His & id genus alijs magna sanctitatis existimatio conciliata est S. Catha-
rinæ non modò Romæ & Neapoli, sed etiam in multis alijs Italiae & Germaniae regioni-
bus: compluresque affliti ad eam configiebant, vt eius precibus à Domino consola-
tionem obtinerent. nec sunt spe frustrati sua.

C A P. X VII.

Expeditis Neapoli, quæ illic exequenda suscepserat, Catharina Romam rediit, &
virgebar quidem matris sue in diuos relatione: sed Pontifice Gregorio XI. mor-
tiente, non potuit ita facilè rem ad effectum perducere. Itaque totum illud ne-
gocium ad Vrbanum VI. Romanum Pontificem deuolutum est. Nouerat is Pon-
tifax Birgittam, & cupiebat, eius sanctitatis conscius, eam sanctorum catalogo adscri-
bere, sed schisma tum recens ortum, multaque alia eius conatus retardabat. Iam quin-
quennium Catharina Romæ egerat huius rei causa, non sine magnis impendijs: sed cum
vidiceret ob schisma impendens spem nullam meliorem ostendi, quæcunq; ad impretran-
dam sanctæ matris sue canonizationem, vt vocant, facere videbantur, putâ vitâ & mira-

cula eius, cum fide dignis testimonij conscripta, Romæ reliquit, diuinæ prouidetie rem totam committens: impetrataque à summo Pontifice Regula Saluatoris & priuilegijs quibusdam monasterij Vuatstenensis, constituit redire ad suos. Erat tum Romæ Cardinalis Eleazarus, qui à iuuentute sua multum dilexerat S. Birgittam tam viuentem, quam vita funeram, quippe qui in vita rectè instituenda eius semper consilijs se accommodauerat. Is Catharina quæcumque potuit in eius promouendis negotijs beneficia & auxilia humanissimè prestatit, illius vitæ sanctitate permotus. Romanus quoque Pontifex Vrbanus V I. cum carteris dominis Cardinalibus, singulari quadam benevolentia eam pro-

Vrbani Pōtificis erga
eam bene-
volentia.

sequens, literas Apostolicas ei contulit ad loca omnia, ad que esset accessura: adiuncto etiam ei magnæ authoritatis viro, qui per Italiam ad Alpes usque tutò eam deduceret. Ea literæ efficerunt, ut ab Italia & etiam Germaniæ principibus & ciuitatum magistris admodum honorificè exciperetur. Vbi in Prussiam tandem peruenientum est, labore & morbo valde exhausta curru vehebatur. Quidam vero ex eius familia somno corruptus, è curru decedit inter equorum pedes: porrò succedentes mox rotæ adeò eius costas attruerunt, ut vix anhelitum ducere videretur. In currum autem subleuatus, animum Catharinæ multo dolore affecit. Itaque suo more dicebat angelicam salutatem, & leuiter hominis quasatum latus contrectabat. Mox adeò ille restitutus est, ut qui præ doloris acerbitate spirare vix poterat, eodem die lætus discurreret, Christum laudans & S. Catharinam, cuius meritis esset salutem tam celeriter adeptus. Porrò ab eo tempore, quo ab Urbe discessit, corpore coepit debilitari: & licet morbus quotidiana caperet incrementa, at nihil ei de animi pietate & deuotione discessit: nec medicorum voluit vti opera, quippe que toto peccore cuperet dissolui & esse cum Christo. Deinde in monasterium Vuartstenense reuersa, ab octauis Apostolorum Petri & Pauli, usq; ad Dominicæ annunciationis solemnitatem, varijs continenter exercebatur corporis molestijs. Sed quanto erat corpore infirmior, tanto magis animi virtus & robur augebatur. Accidit tum, ut quidam ex familia monasterij ab alto ædificio preecepit in ligna & lapides decidet, fractisq; dextri lateris ossibus, vix spiritum trahere videretur. Id ubi illa reciuit, ad monasterij officium descendit, oratione præmissa laesa membra tetigit, dolorumque omnem ita repente depulit, ut æger, membris consolidatis, statim ad laborem reuersus sit, magnificans Deum, qui talem potestatem dedit hominibus.

C A P . X V I I I .

Confitetur
quotidiè
annis plu-
rimis.

Reddit spi-
ritum.

Apparet
stella.

Ericus regis
filius portat
eius facrum
corpus.

Nota rem
miram.

IN dies autem morbo inualecente, beata Catharina crebro se sacramentorum usu munivit. Ab eo autem tempore, quo cum matre peregrinationes suscepit, quotidiè solita fuit peccata sua corde contrito confiteri: interdum bis ter' ve id faciebat. Sciebat enim, Confessionem esse salutem animarum, vitiorum expultricem, virtutum instauratricem, oppugnatricem demonū, & que tum os tartari obstruat, tum paradisi portas referet. Eucharistiam vero in hac extrema ægritudine ob stomachi paf- fiones sumere non audebat: sed quibus poterat deuotionis signis sacrosanctum Christi corpus venerans, leuatis in calum oculis, & quia lingua non poterat, spiritu Dominum deprecans, adstantibus sororibus, feliciter obdormiuit. Viderunt tum homines quidam religiosi supra domum, in qua corpus eius exanime iacebat, per dies & noctes stellam confidere, donèc esset tradita sepultura. Corpore autem ad monumentum allato, stella pariter suo visa est loco moueri, tanquam obsequiu funeri praefitura. Inter Missarum autem solennia, corpore in templo reposito, stella mansit pendula supra feretrum: denique corpore humano, stella euauit. Nec deerant, qui sanètè jurarent vidisse se lumina mirè radiantia in ære, que ipsum feretrum antecederent, dum ad ecclesiam de- portaretur. Ad eius obitum in Vuatstenæ plurimi conueniente prelati, archiepiscopi, epis- copi & abbates ex regnis Suediæ, Daniæ, Noruegia & Gotthiæ. Aderat etiam Ericus fi- lius regis Suediæ cum multis principibus, magnatibus & baronibus: vt omittamus in- fieriorum ordinum clericos & laicos, quorum fuit ingens copia. Sacrum sanctæ virginis corpus exportabat Ericus iam dictus cum regni principibus & proceribus: sed turbis ad contingendum illud certatim irruentibus, ægrè potuit ad sepulcrum deferri. Sepul- ture officium non sine lachrymis expluit sanctæ memorię Nicolaus Lincoensis anti- stes, adstantibus illi archiepiscopis, episopis, abbatibus & multa cleri frequentia. Inter hos erat Tordo episopus Strengensis, magna tum eruditione, tum autoritate pre- ditus. Is pro singulari erga illam etiamnum in corpore degentem familiaritate & de- uotione, manum eius compræhendit, eius se precibus commendans. Et ecce sensit ille sibi

manum suam fortiter comprimi manu S. Catharinæ, ut solet fieri inter illos, qui mutuò sibi fidem dant. Et quidem non parùm apud Romanum pontificem eiusque Cardinales & eos, quos curia officiales vocant, iam olim laborauerat Catharina pro obtinenda illi suæ electionis confirmatione, cum ea causa is Romanum venisset. Obijt multa veneratione dignissima Catharina in monasterio Vuatstenensi anno Christi 1381. XI. Calendas Aprilis, pridiè Annunciationis Dominicæ. Ad eius tumulum & sanctā memoriam multa piè potentibus præstantur beneficia, largiente illo, qui in sanctis suis & laudabilis & mirabilis est: cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

MARTYRIVM SIMONIS INNOCENTISSIMI PVERI TRIDENTINI, A IVDAEIS CRVDELITER NE-

cati, autore Iohanne Matthia Tiberino.

Ohannes Matthias Tiberinus, liberalium artium & Medi- 24. Martij.
cina Doct̄or, magnificis Rectoribus, Senatu populoque
Brixiano salutem. Rem maximam, quem à passione Do-
mini ad hæc usque tempora, nulla vñquam ætas audiuit,
ad vos scribo magnifici Rectores, ciuesque præclarissimi:
quam nuper his diebus elapsis Dominus noster Iesus Chri-
stus, humano benignè misertus generi, tanto tamque hor-
ribili scelere stomachatus, tandem produxit in lucem: vt
catholica fides nostra, si qua in parte debilis est, fiat tan-
quam turris fortitudinis, & antiqua Iudeorum rabies toto
ex orbe Christiano deléatur, & de terra viuentium, eorum
penitus memoria pereat. Audite, qui regitis populos, inuiditum scelus, & pastorum
more fidelium vestris populis inuigilate. Expergiscantur habitantes terram, & videant Iudei quam
quales in sinu proprio viperas nutrient. Crudeles Iudei non solum Christianorum res
rabiosa usurparum fame consumunt, sed in capita nostra perniciemque coniurati, filio-
rum nostrorum viuo sanguine pascuntur, quos atroci in synagogis suis affligunt suppli-
cio, & instar Christi crudeli funere iugulant.

Nuper in ciuitate Tridentina, que versus Aquilonem Italiam à Germania, Lauisio
flumine interlidente, disternat: eam regione, quæ ab Athesio ponte recedens, ver-
sus castellum à Iæua protendit, tres Iudeorum familiae confedebant, quorum capita
fuere Tobias, Angelus & Samuel: apud quem senex quidam & barbatus, Moyses nomi- * legendum
ne, quem venturi Messiae tempus & horam propheticō spiritu scire decantabant. Hi ea puto, mora-
in hebdomade, quam nos Christiani sanctam appellamus, die Martis, duodecimo Ca-
lendas Aprilis, anno incarnati Verbi septuagesimoquinto supra millenium quatercen-
tem, conuenerunt in domum Samuels, ubi Synagoga & eorum templum, spectan-
di gratia viuentem vitulum, qui ad eos ea luce de Leuigi pago delatus erat. Et dum in-
ter se plurima vario sermone conferrent, Angelus hanc rabido fudit de pectore vocem:
In ista Parasceve & carnes & pisces abunde nobis sunt: vnum tantum nobis deest. Re-
spondit Samuel: Et quid tibi deficit? Tunc coniecit oculis adiunicem taciti omnes in-
tellexerunt, quod immolado Christiano infante loqueretur, quem in contemptum Iudei in
Domini nostri Iesu Christi maestant atrociter, & exhausto sanguine vescentes in azymis parasceue
suis, à fœtore, quo grauiter olent, Christiano se cruore præseruant: huncque suum ap- Christianos
pellant Ioël, id est, Iubileum. Sed annuebant cauti eloqui oportere propter seruos, omnes.
qui, ob instantem parasceuen, diuersis impediti ministerijs, nunc huc, nunc illuc discur-
rebat. Postero autem die, cum omnes in Synagoga conuenissent, consultabant quo-
nam in loco possent illum aptius occidere. Tobias & Angelus in dominibus suis earum
ob angustiam fieri recusabat, propterea quod exiguo in loco difficile esset à pueris tam
vastum facinus abscondere: sed propter rerum omnium commoditatem & amplitu-
dinem loci, melius apud Samuelem fore asseuerabant. At ubi sic decreuerint, dispu-
bant quo possent ingenio masculū infantē surripere. Dumq; inter se diuersa opinione
contenderet, Samuel ad se seruū suum Lazarum iussit accedere. Corā quo statim cum
adstitisset, Lazare, inquit, si tibi præstat animus Christianum puerū furari, & nobis illum
tradere, centum illico te donabimus Philippeis. Ad quæ responsū paucis ita reddidit
ille: Res hæc, patres venerandi, maximi discriminis est: eam ego penitus tētare reculo.
Et confessim exiens de templo, collectis sarcinulis suis, ad alias terras commigravit.